

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3229

Auteur(s) : Onfroi de Villequier [particulier]

Bénéficiaire(s) : Gautier Ier, Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1133-1150]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Accord entre l'abbé Gautier, et Hunfroi de Villequier, entamé au chapitre de Saint-Wandrille, terminé en présence d'Hugues, archevêque de Rouen.

L'abbé concède annuellement à Hunfroi 2 1/2 muids de « blé », c'est à savoir : un demi-muid de froment, un demi-muid de seigle et d'orge, un muid et demi d'avoine, mesure de Caudebecquet. En échange, Hunfroi fait hommage de cette concession à l'abbé et à ses successeurs, lui donne toute la dîme de la « terre neuve » sous le petit bois de Villequier, sa « mouture », et celle de ses hommes d'outre Seine à Blicquetuit, renonce aux « coutumes » qu'il réclamait sur les moulins de Caudebecquet. Il fera porter le corps de son père au monastère et garantira, autant qu'il sera en son pouvoir, ledit « blé » contre Herbert de Lisieux qui le revendique contre l'abbé.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 68, p. 122-123.

Dissertation critique

Abbatia de Gautier Ier, après le 14 septembre 1133 - le 13 août 1150.

Texte établi d'après a

Hec est conuentio inter abbatem Walterium et conuentum S. Wand. et Hunfredum de Villequier que prolocuta est et concessa utrique in capitulo S. Wandreg., finita carta coram Hugone archiepiscopo Rothom. Ipse abbas et conuentus concedunt Hunfredo duos modios bladi et dimidium annuatim dandos ubi abbas et monachi prouiderint. siue in granario suo siue in aliquo molendinorum suorum seu in aliqua grancia sua, hoc est dimidium modium frumenti et dimidium siliginis et oredi et modium et dimidium bladi quod valeat auena mareschi : mensura erit mensura molendini de Caudebecquet. Ipse vero Hunfredus, pro hac concessione, facit hominium ipsi abbati et successoribus eius, et donat ecclesie decimam totam de noua terra sub paruo bosco de Willechier in perpetuum et molturam suam et hominum suorum de ultra Sequanam de honore de Blinguetuit ; et omnes consuetudines quas clamabat in molendinis de Caudebechet clamat quietas in perpetuum, et corpus patris sui faciet portari ad monasterium sicut fratrem monasterii. Et quia controuersia erat de hoc blado inter Herbertum de Luxou. et abbatem et monachos, ipse Hunfredus hoc habet in conuentionem quod warrantizabit hunc bladum contra Herbertum. Si vero hoc minime facere potuerit et Herbertus vexationibus suis seu occasionibus optinuerit quod ab abbate vel monachis oporteat Herberto dare hunc bladum, Hunfredus clamabit abbatie hunc bladum quietum cum bona voluntate sua, ne hac de causa abbatia patiatur dampnum de rebus suis. Hii sunt testes huius conuentionis, ex parte abbatis : Rog. de Louetot, Willelmus Cocus, Hugo Coispel, Albertus Parcharius, Ric. Maluiel ; ex parte Hunfredi : Rog. Pincemont,

Gillebertus filius Heudeier, Willelmus de Hispanna, Rainaldus armiger Hunfredi. Termini reddendi hunc bladum sunt ad festum omnium sanctorum dimidium modium frumenti, ad festum purificationis S. Marie modium bladi, infra festum S. Wand. quod reliquum est.